Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26047
Copyright: Admont, Benediktinerstift

miserans adolescentiam tuam. et rursus
per sponse comparationem loquens dicit. et
si illa oblita fuerit ego tamen non
obliuiscar tui. Quis enim nesci
at quia dei memoria nec obliuione
rumpitur nec recordatione sarcitur
Sed cum aliam deserens pretermittit
more mentium obliuisci dicitur. et cum
post longum tempus quem uoluerit
uisitat nostre mutabilitatis con
suetudine recordari uocatur. Quo
enim pacto diuinitatis eius umquam
obliuio dissipat cui ipsa quoque
laudabilis memoria essencialiter
concordat. Nulla namque non aut
preterita aut absencia recordantur
Quomodo ergo deus preteritorum reminis
citur. cum ipsa que in semetipsis
pretereunt eius semper nutui pre
sencia assistunt. Aut quomodo
absencium recordatur dum omne
quod est per hoc illi presto est quia in
ipso est. Quod si ei presto non esset
omnino non esset. Nam non ex
istencia uidendo creat existen
cia uidendo continet. Quicquid ergo
creator non uidet essencia sub
sistendi caret. Aliquando autem de eadem
re in illum similitudo trahitur
sicut per moysen dicitur. Expandit
alas suas et assumpsit eos et sic
propheta ait. Sub umbra alarum tuarum
proteges me. Quia enim nos par
uulos dum protegit nutrit tan

No. De modo dicendi per similitudinem.

gui atque honorosa sed leui et
blanda protectione nos refouet
dum suas in nos misericordias
exerit quasi more super nos auium
alas tendit. Aliquando enim in sen
satis rebus propter infinitatem maiestatis
alta condescensione se comparat sic
per prophetam dicit. Ecce ego stride
bo subter uos sicut stridet plau
strum onustum feno. Quia
enim fenum est uita carnalium
sicut scriptum est. omnis caro
fenum in eo quod est dominus uitam
carnalium patitur. more plaustri
fenum se portare testatur. Cui sub
feni onere est stridere ponde
ra iniquitates peccancium cum que
rela tolerare. Cum ergo longe
dissimiles in se similitudines
habent sollerter intuendum est quod que
dam talia aliquando dicantur in deo
propter effectum operis. aliquando autem ad in
dicandum eius substanciam ma
iestatis. Nam cum in deo ocu
los. scapule. pes. atque ale no
minantur effectus quidam operati
onis ostenditur. cum uero manus
brachium dextera. uel uox in deo dicitur
per hec uocabula consubstancialis
ei filius designatur. Ipse quippe
est manus atque dextera. de cuius
ascensione per moysen pater loquitur
dicens. Tollam in celum ma
num meam et iurabo per dexteram